

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatvs XX. Et Disputatio vnica, De Sacramento Confirmationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

TRACTATVS XX.

ET
DISPVVTATIO VNICA,
DE SACRAMENTO
CONFIRMATIONIS.

P V N C T V M I.

An Confirmation sic Sacraumentum nouæ legis à Christo Domino institutum.

1. Confirmation est Sacraumentum nouæ legis.
2. Est à Christo institutum.
3. Quo tempore institutum fuerit.
4. Vtus huius Sacraementi incepit post Christi afectionem.

ON BIR MATIO sic dicta, quia baptizatos confirmat in fide recepta, est Sacraumentum nouæ legis à Christo Domino institutum. Sicut docuit Trident. *sef. 7. can. 1.* anathematizans cum, qui dixerit confirmationem baptizatorum oriosam ceremoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacraumentum. Apostoli namque ut Spiritum sanctum baptizatis communicarent, tanquam signo, cui ex divina promissione gratia Spiritus sancti annexa erat ut colligatur manifestè ex illo Acto. 8. vbi Petrus & Ioannes impoenentes manus baptizatis, Spiritum sanctum communicabant, quod cum vidisset Simon obtulit Apostolis pecuniam dicens: Date mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus accipiat Spiritum sanctum. Apostolorum tempore visibiliter Spiritus sanctus per impositionem manus communicabatur, quia ad fundandam Ecclesiam, & propagandam Christi fidem expediebat. Postmodum invisibiliter communicatur, ut optimè docuit August. *lib. 3. de baptismo contra Donatistos. cap. 16.* Et tract. 6. in primam canon. Ioann. & lib. 15. Trinit. *cap. 26.* Ergo impositione manus per chrlmatis in fronte vntione sacramentum est nouæ legis, cum sit signum sensibile, stabile, & perpetuum, cui gracia sancti Spiritus annexa est. Vide Saar. *disp. 32. seqq. 1.* hanc veritatem fidei pluribus exhortante.

2. Quod vero hoc Sacraumentum fuerit à Christo institutum constat ex eo quod nullus alius potest signa sensibilia causativa gracie præter eum qui potestatem habet gratiam conferendi, & docet Trident. *sef. 7. can. 1.* quatenus generaliter definit omnia sacramenta fulle à Christo instituta. Instituit autem Christus hoc sacramentum antequoad ad celos ascenderet, quia est vnuum ex præcipuis Ecclesiæ fundamentis, quam Christus Dominus ante Ascensionem suam plenè, & perfectè fundatum reliquit. Ergo reliqui hoc sacramentum perfectè institutum.

3. Sed quo tempore ante Ascensionem institutum fuerit? incertum est. Probabilis videtur nocte cœna designatam, & declaratam esse à Christo Domino materiam, & formam huius sacramenti. Apostolosque eductos esse, qualiter illud administrare deberent. Neque enim credendum est Christum Dominum nocte cœna promulgisse diuinum Spiritum Ecclesiæ daturum, ut in ea perpetuo maneret, quin si nul declararer modum, quo ipse Spiritus communicandus erat. Sic tradit expressus Fabian Papa. *Epist. 2. cap. 1.* In illa (inquit) die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicur à sanctis Apostolis predecessoribus nostri acceptum, nobisque reliquerunt) Christus confidit docuit. Et forte ob hanc causam eo die cœna, & non alio christis consecratur. Verum quia Apostoli non sunt constituti Episcopi cum potestate dictum sacramentum ministrandi, quousque Christus Dominus post Resurrectionem suam dixit: Siue mi-

sit me viuens pater, & ego mittio vos, Ioann. 20. ideo usque ad illud tempus non est hoc sacramentum plenè; & perfectè institutum, quia ad plenam, & perfectam sacramenti institutionem non solum designatio materiæ, & formæ, sed etiam ministri requiritur. Cum vero March. 19. parvulus Christus Dominus manus imponebat, ad summum hoc sacramentum adumbravit, sed non instituit, cum illius materiam & formam non designauerit. Solum enim imponebat parvulus manus, ut illos benedicteret, & curaret, non in signum stabile, & perpetuum gratia sanctificantis. Atque ita docent Saar. *disp. 32. seqq. 2. circa finem. Egid. de Coninch. qu. 72. art. 1. concil. 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 1. in fine. Bonac. disp. 3. de Sacram. g. vñ. p. 2. circa finem.*

4. Quod si inquiras, quando incepit usus huius sacramenti? Respondeo incepisse post Christi Ascensionem Non enim expeditab diuinum Spiritum perfectè alicui communicari, sicut per hoc Sacramentum communicatur, quin Iesus glorificatus esset, iuxta illud Ioann. 7. nondum erat Spiritus datum, quia Iesus nondum erat glorificatus, Iesu autem glorificato Spiritus plenè Apostolis datus fuit non signo sacramentali sed extraordinario, & miraculo. Quo Spiritu accepto Apostoli alii diuinum Spiritum communiebant impositione manus. An vero cum impositione manus vntione chrlmatis vterentur, non satis constat, verosimilius est utroque signo vos usus. Alias diuersum est sacramentum ab eo quo nunc est.

P V N C T V M II.

De materia remota Confirmationis

1. **M**ateria remota est chrismæ ex oleo, & balsamo confectum. Plures doctores negant mixtionem ex balsamo esse necessariam necessitate sacramenti.
2. Probabilis est oppositum.
3. Fit satis rationibus contraria.
4. Chrismæ necessario debet esse benedictum.
5. Aliqui existimant posse à simplici Sacerdote ex commissione Pontificis benedic.
6. Necessarium debet esse ab Episcopo benedictum.
7. Fit satis oppositum rationibus.
8. Modus consecrandi chrismæ ex necessitate determinatus non est, bene tamen ex Ecclesia prescripto.
10. Quando chrisma consecrandum est, ubi, an veteris chrlmatis usus sufficiat ad sacramentum conficiendum.
1. **M**ateriam remotam sacramenti confirmationis esse christina definitiuncil. Florent. in decreto fidei & Trident. *sef. 7. can. 2.* Christma autem ex oleo, & balsamo mixtum esse debet sicut ex Ecclesiæ præcepto, sed an ex necessitate, & Christi institutione difficultate non caret.
2. Plures Doctores negant hanc mixtionem esse necessariam sacramento, sed sufficere oleum; sic docent Caietan. 3, p. 9. 72. art. 2. Sotus in 4. disp. 7. q. unio. art. 2. Nauarr. cap. 22. n. 8. & consil. unico de sacra vntione. num. 4. & Valen. 1. 4. disp. 5. q. 1. p. 2. ver. quæstio est. Sæc verbo confirmatio. num. 7. Barbosa, 2. p. de potest Episc. alleg. 31. num. 3. & alij. Mouentur primò, quia oleum benedictum expèrè à Patribus christia appellari solet, ut constat ex Cypriano epist. 70. & Basili. de Spiritu sancto epist. 27. & Augustin. lib. 5. de baptismo cap. 20. & Innocent. I. epist. 1. ad

D 4 Decentium

Decentium, cap. 3. & Cyrillo Hierosolymit. catechesi, mystagogica. At chrisma est necessaria materia confirmationis. Ergo cum oleum benedictum absque balsami mixtione chrisma sit, sufficit pro huius sacramenti materia. Secundo mouentur ex cap. *Pastoralis de Sacram. non iterandis.* vbi Innocent. III. *confutat*, an ille qui solo oleo confirmatus fuit, debet iterum confirmari, respondet in his sacramentis non esse iterandum, sed causa supplendum, quod incaute fuerat prætermisum. Sunt ergo mixtione balsami necessarium non esse ad sacramenti valorem, alias iterandum est. Tertio non est credendum Christum Dominum instituisse pro Sacramenti materia rem, que nec facile inueniri potest, nec inuenta cognosci. At balsamum verum, & proprium difficilè inuenitur, & inuentum difficilè cognoscitur, vt constat ex his, qua tradit Plinius, lib. 12. cap. 25. Ergo balsamum non est materia necessaria sacramenti. Quarto mixtio balsami ita sit in modica quantitate, vt plures partes olei immixtae manent, quibus si virginitas confirmandus, balsamo non virginitas. At si balsamus necessaria materia est huius sacramenti, oportet omnes partes olei misceri, vt sic ex oleo, & balsamo mixtio conficeretur. Non igitur balsamum est materia huius sacramenti.

5. Nihilominus probabiliorem existimo sententiam affirmantem balsamum mixtionem esse sacramento confirmationis materiam necessariam. Si pluribus relatis docent Suar. q. 72. disp. 33. scđ. 1. concil. 1. 2. 3. & 4. Egid. de Coninch. dub. 1. concil. 1. & 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 2. dub. 1. Bonac. disp. 3. de sacram. q. unica pan. 3. in princ. Præcipuum huius sententie fundamentum desumitur ex Conc. Florent. sub Eugenio IV. *decreto fidei, seu de Armeniis.* Secundum (inquit) sacramentum est confirmationis, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorum significat conscientia, & balsamo quod odorem significat bona fama per Episcopum benedicendum. Ergo aquæ balsamum, ac oleum definit concilium esse confirmationis materiam. Neque obstat in eodem decreto dicere concilium vinum aqua mixtum esse materiam Eucharistia, & actus penitentis, sub quibus satisfactionem comprehendit esse materiam penitentis, cum tamen aqua mixtio, & penitentis sacrificio non sunt materia necessaria supradictorum sacramentorum: quia diuersimode de his, ac de mixtione balsami concilium loquitur. Neque enim dixit vinum aqua mixtum esse materiam, sed vinum esse materiam, cui aqua miseri debet, tacite innuens aqua mixtione non materiam non pertinere. Deinde non dixit omnes actus penitentis esse materiam, sed actus penitentis esse quasdam materias ut eti termino comprehendatur non solum actus penitentis confessionem, & confessionem, qui propriæ, & in rigore sunt materia penitentis, sed etiam satisfactionem, que penitentiam integrat, & compleat, id est quasi materia illius appellari potest. Addit. esto concilium dixerit actus penitentis esse materiam, subintelligendum erat de actibus penitentis praecedentibus sacramenti confectionem, non subsequentibus, quales est sacrificio. At mixtum ex oleo, & balsamo præcedit confirmationis. Ergo aquæ balsamum mixtum oleo est materia, ac est ipsum oleum. Deinde probari haec veritas potest ex vñ. & concursum Ecclesiæ a tempore Apostolorum, teste Fabiano Pontifice, epif. 2. ad Epif. Orient. Nunquam enim hoc sacramentum confirmationis absque oleo mixto balsamo instruatum est. Signum igitur est illam esse materiam.

Cum vero afferimus oleum esse huius sacramenti materiam, oleum olivarum intelligimus, quia ex alia materia confectum, vt ex nucibus, vel grandi pilice, vulgo ballena oleum propriæ non est, id estque nec materia huius sacramenti, sicut tradit D. Thom. ab omnibus receptus q. 72. art. 2. ad 3. Balsamum autem, quod quo miseri debet, non est solum balsamum Palatinum, seu Syriacum; sed sufficit Indianum, quia verum balsamum est. Neque obstat Paulum I I. & Pium I V. concessum Indis, ut balsamo illius regionis chrisma conficeretur, quia in hac concessione non priuilegium concessit sed dubitatione sustulit debet verum balsamum esse, ex quo chrisma confici posse, sicuti notarunt Suar. disp. 33. scđ. 1. vers. atque in hunc modum. Egid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 1. n. 41.

4. Neque obstant rationes contrarie. Ad primam nego oleum benedictum absque balsamum mixtione appellati communiter, & frequenter chrisma, contrarium enim aperte colligunt ex Diony. cap. 4. de Ecclesiast. Hierarchia. part. 2. circa finem & p. 3. circa finem. Cyprian. Serm. de uincione chrismat. Fabiano Pontifice epif. 2. ad Episcopos Orient. & Innocent. I I. 1. in cap. unico de Sacra uincione. D. Thom. q. 72. art. 2. & 4. contra gen. c. 60. Et licet aliquando oleum benedictum sub nomine chrismati fuerit appellatum, id factum est, quia præcipua pars illius mixta est oleum, non quia balsamum mixtione caret.

Ad secundum ex cap. *Pastoralis*, respondeo non esse in sacramento ordinis, & confirmationis iterandum, sed incaute supplendum, quod incaute fuerit prætermisum in-

telligi debet casu quo verum sacramentum confectum fuerit. Neque enim credibile est Pontificem voluisse negare sacramentum confirmationis absque balsamii mixtione collatum iterandum non esse faltem sub conditione, cum manifestum sit ad minus sub opinione probabili initidum fuisse. Neque item præsumi potest voluisse balsamo tantum virginitatem confirmatum, cum nulla huius uincionis sit in Ecclesia consuetudo. Quia tamen Pontifex non solus de defectu balsami in confirmatione, sed de defectu impositionis manus in ordine Subdiaconatus fuit confutatus, ea de causa triique interrogations respondit; haec sacramenta iteranda non esse, subtiliter, si vere collata sint. An vero fuerint eo casu vere collata noluit definire.

Ad tertium nego balsamum difficilè inueniri, & difficilè cognoscere, siquidem tempore naescientis Ecclesie, & quando tyranni eam lumen odio prosequentes, inueniebatur, & cognoscerebatur. Neque obstat Plinius testimoniun, loquitur enim de suo tempore, sed de tempore antiquo, ut bene comprimat Suar. dict. disp. 33. scđ. 1. circa finem.

Ad quartum concedo opus non esse, vt omnes partes olei balsamo mixte sint, sufficit, si qualitates balsami, præcipue illius odorem receperint. Quia eo ipso totum chrisma ex oleo, & balsamo mixtum dicitur.

5. Grauior dubitatio est, an chrisma debet necessario esse ab Episcopo benedictum, vt apta materia confirmationis? Conveniunt omnes doctores necessariò debet prius benedicere, vt ea benedictione, & consecratione disponatur ad huius sacramenti usum. Quare si oleo mixto balsamo absque illa benedictione conficeratur, sacramentum confirmationis nequam conserfatur. Ratio huius veritatis est Christi iustitio vñ, & confutudine Ecclesie declarata, & pluribus conciliis comprobata. Congruentia desumitur ex eo quod expediens sit rem communem, & vulgarem priuilegiorum ad sanctificandos homines assumatur, sicut sacramentum, & reliquias, ut recte D. Thom. q. 72. art. 3. Et licet in sacramento baptizandi ea sanctificatio aquæ requirata non sit ex necessitate, id factum est, quia est sacramentum summæ necessitatis, & quia Christus Dominus baptismum Ioannis suscipiendo aquas omnes in ea figura sanctificauit, ob quam cauam panis, & vinum in Eucharistia non est prius ex necessitate benedicendum, præterquam quod ipsa consecratione benedicitur, & conficeratur.

6. Sed an haec benedictione chrismati necessariò facienda sit ab Episcopo, vel possit a simplici Sacerdoti ex commissione summi Pontificis fieri. Difficultatem habet. Tum quia Pontifex simplici Sacerdoti committere potest (vt infra dicimus) administrationem sacramenti confirmationis. Ergo poterit committere Chisimatis consecrationem vptore ad ipsam administrationem requirantem. Concesso namque uno conceduntur requirita ad illud leg. ad rem mobilem. ff. de Procuratorib. leg. quando. Cod. de inofficio testam. cap. præterea de officio delegati. Tum etiam quia Concil. Tolet. I. can. 2. referens aliquibus locis, & provinciis presbyteros chrisma consecrare, nullatenus declarat initidam esse illam consecrationem, sed solum statuit legem prohibentem, nec ex illo die vñllus aliud præter Episcopum chrisma conficerat. Indicat ergo concilium consecrationem valere, alias irritum esse declararet. Et ita sustinet Caieran. 3. p. q. 72. art. 1. & probable reputat Barbosa. 1. p. de potest. Epif. allegat. 31. n. 14. Gregor. de Valen. t. 4. disp. 5. q. 1. p. 2. col. vñl. Suar. disp. 33. scđ. 2. opin. tercia.

7. Nihilominus certum est materiam huius sacramenti necessariò esse chrisma ab Episcopo benedictum: sic docent ferre omnes doctores teste Suar. disp. 33. scđ. 2. vers. in hac re. Egid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 1. concil. 4. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 2. dub. 2. Bonac. disp. 3. q. unica pan. 3. Sumiturque ex Concilio Rom. sub. Sylvestro c. 3. Tolet. I. cap. 20. Carthagin. 2. c. 3. & Carthagin. 3. c. 5. sed præcipue ex Florent. sub Eugenio IV. in decreto fidei. Vbi definitus materia chrisma confirmationis, inquit: Est chrisma confectum ex oleo, quod nitorum conscientia significat, & balsamo, quod odorem significat bona fama per Episcopum benedicendum. Ergo materia huius sacramenti Episcopali benedictione preparari necessariò debet. Hinc (meo iudicio) euidenter inferitur non posse simplici Sacerdoti committere a Pontifice chrismati benedictionem, quia Pontifex nequit materiam vñllius sacramenti mutare. At huius sacramenti materia est chrisma Episcopali benedictione preparatum. Neque ergo Pontifex loco Episcopalis benedictionis Sacerdotalem subrogare. Deinde Episcopalis benedictione pro conficiendo chrismatum ex institutione Christi habetur. Christus enim teste Fabiano epif. ad Epif. Orient. docuit. Apostolos modum conficiendi chrisma, quem Ecclesia semper seruauit. At Ecclesia niquam simplici Sacerdoti chrismati consecrationem committit, tametq; aliquando commiserit confirmationis administrationem, ut notauit. Concilium Florent. loco allegato. Ergo chrismati consecratio ex institutione Christi Episcopis annexa est. Non igitur potest Pontifex id mutare, aut variare. Congruentia huius institutionis fuit maior dignitas materia sacramenti, in qua defi-

gnanda

gnanda decens erat, ut omnes à Prælatis Ecclesiæ, primisque Pastoribus dependenterent.

8. Rationes contrariae num. præcedenti adductæ facile dissoluntur. Illa enim communis regula: Concessio uno conceduntur ea, quæ ad ipsum prærequiruntur, locum habet in subordinatis eidem potestat. At confœderatio chrismatis non subordinatur Pontifici, ut delegare eam possit simplici Sacerdoti, eo quod ex Christi institutione Episcopali ordinis annexa sit. Neque est mirum, quod Christus Dominus reliquie Pontifici potestatē communicandi Confirmationis ministratioem simplici Sacerdoti, non tamen reliquerit potestatē communicandi chrismatis confœderationem: i. quia confirmationis ministratio semper expofutata fieri à simplici Sacerdote ob absentiā Episcopi. At chrismatis confœderatio raro, vel nunquam, cum unius chrismatis confœderatio pluribus locis, immo diœcesibus potest feri, & ex uno loco in alium facili chrisma transferri. Argumentum vero sumptum ex concil. Viter. inefficax est. Non enim ex eo quod concilium omisit declarare irritam esse chrismatis confœderationem factam a Presbytero inferri potest validam esse, potius enim contrarium in fieri debet ex eo quod factum prohibuerit legge perpetua declaranda id quod de se iure diuino erat prohibatum, potius quam denuo aliquid prohibente.

9. Modus confœderandi chrisma iure diuino signatus non est. Non enim credendum est omnem ritum, & cærementiam, quam in confœderatione chrismatis obseruat in præsentis Ecclesiæ, semper fuisse obseruatum tanquam essentialiæ, & à Christo Domino institutum. Quapropter solum iure diuino chrisma benedictum, & confœderandum est diuini Spiritus invocatione. Quo autem modo, seu forma sit confœderandum Ecclesiæ remittum est. Ipsa vero Ecclesia poterat sic statuere modum confœderandi chrisma, ut omnem alium irrum, & facilerum redderet. At quia de hac intentione non constat, nec conveniens erat, ideo quilibet benedictio chrismati ab Episcopo facta sufficiens erit, vt materia disposita sit confirmationis sacramento, tametsi grauissimum peccatum committatur omittere ritum ab Ecclesia præscriptum. Sic Suan. disp. 33. sect. 2. S. restat. Egid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 1. n. 47. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 2. dub. 2. circa finem. Bonac. plures referens, disp. 3. de Sacram. quest. unica. pun. 3. vers. obserua secundo.

10. Singulis annis in die Corpus Domini chrisma confœderandum est, & vetus seruandum, ut tradit Fabian. Papa, epist. 2. & concil. Carthagin. 4. cap. 56. & habet cap. litteris de confœder. dis. 3. & cap. omni tempore de confœder. dis. 4. c. quoniam de sentent. excommunicat. in 6. Quid si absens fuerit Episcopus, vel eo tempore sedes Episcopalis vacauerit, proximus Episcopus adiutor poterit, ut chrisma confœderat. Sic Glosa in cap. si Episcopus, verbo spiritualibus de suplenda negligent. Prælator. Unde Episcopus ministrans confirmationem chrismati veteri, seu præcedente anno benedicto grauiter peccabit, ut colligitur ex superadietis decretis, & præcipue ex cap. suis de alio de confœder. dis. 4. Sacramentum tamen confœderat, quia Florent. Concilium exacte describens huius sacramenti materiali tantum expressis benedictionem Episcopi. Quod vero sit illa benedictio hoc, vel illo anno facta, quid extrinsecum est, & accidentiarum non ex Christi institutione, sed ex Ecclesiæ præcepto. Sic Suan. disp. 33. sect. 1. in fine. Egid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 1. n. 49. Bonac. disp. 3. quest. unica. pun. 3. vers. obserua primò. Barbosa. 2. p. de poëst. Epis. allegat. 31. num. 17. Emann. Sæ allios referens verbo confirmationi. num. 6. in edit. Romana.

P N C T V M III.

Quæ sit materia proxima Confirmationis.

1. Materia proxima est vñctio chrismati per Episcopum benedicti.
2. Facienda est vñctio in figura crucis ex necessitate sacramenti.
3. Item in fronte confœderandi.
4. Facienda est vñctio manu Pontificis immediatè, pollice ex necessitate præcepit.
5. Vñctio in ea quantitate facienda est, quæ sufficiat, ut vere confœderandus vñctus dicatur.

1. **C**onstat materiam proximam confirmationis esse vñctionem ex chrismate per Episcopum benedicto, quia in his sacramentis, quæ in vñctu consistunt, vñctus materia remota est proxima illorum materia, quia est, quæ immediatè per formam significatur. Hæc autem vñctio debet esse in figuram crucis in fronte confœderandi facta manu Episcopi, sicut omnes doctores comprobant ex vñctu, & traditione Ecclesiæ & ex variis conciliorum decretis, præcipue ex Florent. sub Eugen. IV. decret. de Armeniis.

2. Primo facienda est vñctio in figuram crucis, neque satis-

faciet Episcopus, si confœderandum signet cruce, & postmodum vñctus; sed nec esset ip[s]a vñctio in figuram crucis facienda est, vt facias colligitur tum ex vñctu, & confœderatione Ecclesiæ. Tum ex concilio Florent. in superadiet. decreto de Armeniis. Tum ex Innocent. I. & Gregor. I. relatis in cap. presbyteris de confœder. dis. 4. & ex Stephano Papa relato in cap. numquid de confœder. dis. 5. Neque deest congruentiam huius institutionis. Etenim hac sacramenti vñctione munimur ad crucem Christi palam confœderandam. De cuius ergo eam vñctionem sub figura crucis fieri, & ita tradit, exp[ress]e D. Thom. q. 72. art. 4. ad. 3. Suar. alios referens, disp. 33. sect. 5. post. prin. Egid. de Coninch. dub. 1. n. 60. & seqq. Paul. Laymann. lib. 5. sum. 3. tract. 3. cap. 2. num. 4. concil. 2. Bonac. disp. 3. de Sacram. q. unica. pun. 3. num. 5.

3. Secundo necessarium fieri debet prædicta vñctione in fronte confœderandi, neque alibi facta tenet, colligitur manifestè ex vñctu Ecclesiæ ab antiquis Partibus comprobato, præcipue Tertulliano, lib. de prescription. cap. 40. Dionylio de Ecclesiast. Hierarch. cap. 2. p. 2. Cyrillo Hierosolymit. catechesi 3. & 4. mystagogia. Gregor. Turonen. lib. 2. de gestis Francor. cap. 31. August. pf. 14. super illa verba: *In vñctu hac quia ambulabam*, sed præcipue id confat ex Innocent. III. in cap. unico de Sacra vñctione, & ex concil. Florent. decreto de Armeniis, declarare huius institutionis rationem. Ideo in fronte (inquit concilium) vbi verecundia sedes est, confœderandum munigatur, ne Christi nomen confiteri, erubescat, & præcipue crucem eius, quæ Iudeis est scandalum, gentibus autem stultitia secundum Apostolum. Proprius quod crucis signo signatur. Et licet antiqui patres exp[ress]e non dixerint hanc in fronte signationem esse essentialiæ, satis id indicatur ab illis, quæ illa varietate conuenienter faciendam esse. Præterquam quod eodem modo requirunt vñctionem in fronte, ac in figura crucis, sed vñctionem in crucis figuram reputant essentialiæ. Ergo etiam in fronte reputare debent. Denique ex fine huius sacramenti, qui est ad confœderandum Christum ab illa erubescencia, & timore, non leuc argumentum defutatur, ad probandum vñctionem in fronte necessariam esse huius sacramenti valor. Sicuti comprobat D. Thom. q. 72. art. 9. Et ita tradunt pluribus relatis Suar. q. 72. art. 4. disp. 33. sect. 3. in medio. Egid. de Coninch. art. 3. dub. 1. concil. 5. num. 53. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 2. n. 4. circa finem. Bouac. disp. 3. de Sacram. quest. unica. p. 3. num. 5.

4. Tereti facienda est hac vñctio Episcopi pollice dextræ manus christiane tincto, sicuti cauerit in Pontificali Romano, & ab Ecclesiæ est perpetuè obseruatum. Ob hanc enim causam præcipue confœderatur pollex Pontificis, ut dicit Durand. lib. 6. rationalis, c. 84. An autem hoc sit necessarium non solum ex necessitate præcepit, de quo non est dubium, sed etiam ob sacramenti valorem, difficultatem haber; facta enim vñctione medio aliquo instrumento, vi posse penicillo, seu calamo forma huius sacramenti verificatur. Non igitur esse potest necessarium fieri manu Pontificis immediate. Neque ex vñctu, & confœderatione Ecclesiæ ea necessitas colligi potest. Alias fieri pollice manus dextræ necessarium est. Nil hilomini dicendum est necessarium esse fieri vñctionem manu Pontificis immediate, quia impositione manus hoc Sacramentum à primis Ecclesiæ exordiis confœderatur, ut confat ex Apostolorum vñctu. Quod vero sit pollice dextræ manus, ex ritu prescripto ab Ecclesiæ habetur, non ex Christi institutione, & Apostolorum vñctu. Sic tradit Suan. disp. 33. sect. 3. in fine. Egid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 1. in fine. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 3. c. 2. in fine. Bonac. disp. 3. de Sacram. q. un. p. 3. num. 4.

5. Quod si roges in qua quantitate hac vñctio facienda sit. Facile respondetur fieri debere ea quantitate, quæ sufficiat, ut digito Episcopi vngarit confœderatio fronte in figuram crucis, quia eo ipso forma huius sacramenti vera redditur. Suar. disp. 33. sect. 3. vers. circa alteram partem, Bonac. disp. 3. de Sacram. q. un. p. 3. num. 5.

P N C T V M XV.

Vtrum hoc Sacramentum sub chrismati vñctione semper in Ecclesiæ ministratum fuerit?

1. Proponitur dubitandi ratio,
2. Probabilis est Apostolos sola manus impositione Spiritum sanctum communicasse.
3. Probabilis est frequenter manus impositione chrismati vñctione communicasse.
4. In principiis tamen naçentis Ecclesiæ sola manus impositione utibantur ad communicandum diuinum Spiritum impositione visibilis que donis comitatum.

1. Ratio dubitandi est, quia Apostoli, Actor. 8. & 19. baptizatis Spiritum sanctum conferbant manus impositione abque vila chrismati mentione. Signum igitur est eo tempore sacramentum hoc ministratum fuisse abque chrismati.

2. Dicen-

Quæ sit forma Sacramenti Confirmationis.

2. Dicendum igitur est esse facis probable Apostolos communicasse Spiritum sanctum baptrizatis sola manus impositione absque christinare, quia verisimile est Christum Dominum hanc illis potestatem tradidisse. Tum ut facilius modo possent baptrizatos confirmare in fide. Tum ut Apostolica dignitas fidibus efficacius commendaretur. Ob quam cauam specie visibili, & plurium donorum communicatione Spiritus sanctus concedebatur. Sic docent expressè Alen. 4. p. quæst. 24. memb. 1. & 2. Bonavent. m. 4. disp. 7. art. 1. q. 1. & 2. Verum esto ita factum fuerit nullatenus dicendum est sacramentum confirmationis ministratio. Hoc enim sacramentum sub christinæ vocatione ministrandum est docuit Christus Dominus. Teste Fabiano epif. 2. ad Episcopos Orient. Non igitur sola manus impositione vñquam ministrari potuit. Addit communicationem diuini Spiritus sola manus impositione cum Apostolis spirasse, quia cum ipsi spirauit modus communicationis diuini Spiritus sub forma illa visibili, & extraordinaria. Ergo illa manus impositionis propriæ sacramentum non erat cum non esset ceremonia stabili lege instituta.
3. Probabilius tamen censio Apostolos communiter, & frequenter non communicasse fidibus diuinum Spiritum sola manus impositione absque christinæ vocatione, quia neque ex scriptura, neque ex Patribus contrarium colligi potest, neque est illa ratio, qua id persuadeat. Ex scriptura namque sollem colligitur cotulisse Apostolos diuinum Spiritum manus impositione. Sed inde non infertur vocationem non interuenisse. Qui enim vngit, manus imponit. Et licet scriptura vocationem non declaratur, tamen illam non negavit, asserenda est, ne dispensationes, & priuilegia absque firmo fundamento concedamus. Ex patribus autem nullus est qui alterat frequenter, & ordinariè Apostolos communicasse fidibus diuinum Spiritum sola manus impositione absque christinæ vocatione. Potius contrarium indicant vocantes hoc sacramentum tum christina, tum impositionem manus, tum Confirmationem, tum signaculum Domini, ut constat ea relatis precedentibus pan. & precipue ex Innocent. III. in cap. vñ de fæcia vocatione. vbi per frontis christinacionem manus impositionis designatus, qui alio nomine Confirmationis dicitur. Deinde morem, quem nunc seruat Ecclesia in fiduum Confirmationis, & diuini Spiritus communicatione servasse Apostolos testatur Cyprian. epif. 73. Eusebius Papa, epif. 3. in fine. August. 15. de cunctis Dei. c. 18. ob quam cauam Fabian. Papa, epif. 2. asserit Apostolos quotannis noui Christi confeccione, & vetus combusisse. Igitur illa manus impositionis, qui frequenter Apostoli Spiritum sanctum communicabant vocatione christinæ coniuncta erat. Præterea nulla est ratio persuadens Apostolos confirmasse fidibus sola manus impositione absque christinæ. Nam si id concedendum esset, eo quod esset modus facilius, cum plures exigitari posset facilius, illis asserendum esset diuinum Spiritum communicari posse. Deinde dignitatem Apostolicam non magis commendat vti sola manus impositione, quam christinæ vocatione ad communicatingand. Spiritum sanctum. Cum haec communicatio non ex signo secundum se, sed ex promissione diuina virtutis ortum habeat. Igitur nulla est ratio persuadens Apostolos sine christinare confirmasse, quin potius contrarium persuaderet congruentia desumpta à magisterio, & exemplo. Etenim Apostoli constituti sunt à Christo Domino magistri, & Doctores mundi verbo, & exemplo. Expediebat ergo sacramenta omnia ministrare ritu per Christum instruto, & in Ecclesia perpetuo duraturo. Ergo expediebat vti christinæ in confirmatione fidelium. Ergo credendum est eo vlos fuisse. Et ita docent Suan. disp. 3. set. 4. post med. Agid. de Coninch. q. 72. art. 3. dub. 2. Bellarmin. lib. 2. de Sacram. cap. 9. Paul Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 2. num. 5. Bonac. disput. 3. de Sacram. quæst. vñ. p. 2. num. 6. in fine.
4. Notanter dixi Apostolos vlos fuisse christinæ regulariter, & frequenter in Confirmatione fidelium, ut abstinerem ab illa questione, an aliquando communicaverint diuinum Spiritum sola manus impositione? Etenim sunt plures Doctores afferentes Apostolos non vlos fuisse christinæ in principio, cum Spiritus sanctus visibili forma, & cum dono linguarum, & Propheticæ communicabatur, sed tunc vlos fuisse sola manus impositione ex speciali Dei commissione. Cessante vero illa miraculosa communicatione vlos fuisse christinæ. Sic docent D. Thom. q. 72. art. 2. ad. 1. & art. 4. ad. 1. Paludan. in 4. d. 7. q. 2. art. 2. n. 12. & art. 3. num. 24. Sotus. ibi art. 2. ad. 1. Duran. q. 1. art. 2. ad. 1. & alii relati à Suan. disp. 3. set. 4. vers. tercias, & media sententia.

P V N C T V M V.

Quæ sit forma Sacramenti Confirmationis.

1. Statuitur forma confirmationis.
2. Proponitur dubium, an omnia contenta in forma sint de necessitate sacramenti.
3. Statuitur expressionem Trinitatis necessariam esse.

4. Crucis signaculum exprimi necessario debet.
5. Exprimi debet christinati omnia.
6. Fit satis rationi dubitandi num. 2. adducta.

1. Forma sacramenti Confirmationis ea est. Signo te signo crucis, & confirmo te christinare salutis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Sic D. Thom. ab omnibus receptus, q. 72. art. 4. constat ex concilio Florent. in decreto fidei, sub Eugenio IV. vñque & traditione Ecclesie perpervta. Ratio sumenda est ex Christi institutione, congruente ex fine, effectu, & causa efficiente, sicuti explicat optime D. Thom. dicto art. 4. Cum enim per hoc sacramentum fides designatur in Christi milites, accipiantque robur ad fidem, & gratiam in baptismo suscepit, & absque vlo timore, & verecundia confitendam, oportet hæc omnia forma explicari. Verbis enim illis: Confingo te signo crucis, declaratur signaculum crucis frontis confirmans appositum, eiulique anima charactere indelebili spiritualiter impressum. Robur veò acceptum exprimitur; cum dicas. Confirmo te christinare salutis. At quia robur hoc, & signaculum sunt ad fidem Christi palam confitendam, decuit præcipuum fidei mysterium, quod est sanctissima Trinitatis, exprimit, sicuti exprimitur in forma baptismi.
2. Sed non caret difficultate, an hac omnia sint de necessitate sacramenti. Tum quia ex scriptura non constat de supradicta forma, sicuti constat de baptismi. Neque item ex vñ Apostolorum, qui vel sola manus impositione, vel simul cum vocatione clausinatis Spiritum sanctum communicabant. Neque item ex consuetudine Ecclesie. Nam in libro, qui scribitur ordo Romanus in officio Sabbathi sancti solum hæc forma statuitur. Confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et facit editum Constantius referens confirmationem à Syllestro factam, in quo nulla est christinæ mentio, nec confirmationis, sed solum signaculum. Consentit Duran. in rational. diaconorum officio, lib. 6. cap. 84. Alij patres quorum meminit Bellarm. lib. 2. c. 10. Suan. disp. 3. set. 4. princeps. folius vocationis mentionem fecerunt, cui Pontificis oratio iungebatur. Non igitur supradicta forma quoad omnes eius partes essentialis est.
3. Sed hæc non urgunt, vt à Catholica veritate recedamus, Quare affirmandum est supradictam formam essentiali esse, etiam quoad omnes suas partes, siquidem Concilium Florentinum exacte formam huius sacramenti describens supradicta verba statuit, creditur ergo essentialia esse, alias formæ partes non essent. Et impensis necessaria est in hoc sacramento sicut in baptismo exprefatio Trinitatis, ideo enim in baptismo hæc exprefio requiritur, quia cum baptizatis simili in eo suscipiat, expedit præcipuum fidei mysterium prosteri. At confirmatus suscipit in confirmatione obligatoriem ejusdem fieri propagrandæ eaque de causa instar miles sui ducis insignis insignitus Christi cruce signatur, & instar athletæ ad pugnandum dipositi vocatione christinæ exterior & interior Spiritus sancti robore preparatur. Expediens ergo fuit præcipuum fidei mysterium exprimi. Adde hoc sacramentum, sicuti dicit D. Thom. receptus ab omnibus. q. 62. art. 4. est baptismi perfectio. Ergo sicut in baptismo fuit conuenientia Trinitatem exprimi, etiam in hoc sacramento conuenientia est. Denique Sanctissima Trinitas est principialis causa roboris spiritualis hoc sacramento suscipit, vt ipse D. Thom. notauit. Congruum fuit erga hanc cauam in forma huius sacramenti exprimi. Et ita docent omnes Catholici Doctores apud Suan. disp. 3. set. 5. vers. secundo dubitari posse. Agid. de Coninch. q. 72. art. 4. n. 6. 9. Pefant. ibidem Henr. lib. 2. cap. 2. Bonac. disp. 3. qu. unica pun. 3. num. 6. Paulo Laym. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 3. & alii.
4. Secundo necessarium est exprimi crucis signaculum, neque enim satisfacie, si dicas: signo te, & Confirmo christinare salutis. Nam esto illo verbo signo facta cruce videaris signaculum crucis declarare, quia tamen verbo illo signo non declaras, & forma materiali declarare proximam declaras, ideo omisso crucis signo forma nulla redditur, & ita pluribus relatis firmat Suan. dicta disp. 3. set. 5. vers. nihilominus. Agid. de Coninch. q. 72. art. 4. n. 6. 7. Adde te non satisfacie, si loco verbi signo apponeres Confirmo, dicesque confirmo te signo crucis, & christinare salutis, quia ut recte dixit Suan. supra signum crucis exprimi debet, vt actio ministri configuantis. Quod verbo confirmo non exprimitur.
5. Tertiò exprimi debet christinæ vocatione, quia est materia proxima huius sacramenti. Videtur autem solo verbo Confirmo adiuncta christinæ vocatione fatis explicari, sicuti solo verbo baptrizo exprimitur ablution, & fauetque Rituale Romanum antiquum, cuius meminit Bellarm. lib. de confirmation. cap. 10. in quo hulus sacramenta forma in hunc modum describitur. Signa eos Domine signo crucis. Ergo te confirmo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Verius tamen existimo cum D. Th. Suan. Agid. & alii supra relatis solo verbo confirmo vocationem non exprimi, sicuti exprimitur ablutione per verbum baptrizo. Quia quocunque signo huc crucis, suis

hunc vocationis confirmationis fieri; verbo confirmo declarari posset, quippe verbum confirmo de se est indifferens, indiget enim alio verbo, seu nomine, quod eius indifferenciam determinet. Addit si loco verbi confirmo, vngn, vel signo apponeres, formam essentialem mutares, quia illis verbis non exprimeres praecipuum huius sacramenti effectum, qui est robustus ad fidem palam confitendam, & propugnandam.

6. Restat rationibus dubitandi n. 2. adductis faciascere. Ad primam nego supradicta formam ex scriptura non colligicolliguntur namque ex Paulo. 2. Corinth. 1. Quia confirmari nos vobissem in Christo, & qui vixit nos Deus, & qui sanguini nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris, sicut explicarunt ibi Theodoret. Anselm. Lyranus, & alii ibi, & Ambros. de his qui mysteriis initiantur. c. 7. Etenim verbo confirmari effectum huius sacramenti designavit, vocationem exteriorem christinaliter verbo unxit declarata, signaculum crucis verbo significans. Verum esto concedemus ex scriptura non satis colligi supradictam formam esse a Christo traditam, sufficit ad id comprobandum perpetua Ecclesie traditio. Neque enim omnia in scripturis expressa contineri debent, cum plura Christus Dominus circa sacramentorum administrationem Apostolos docuerit, quae sola traditione constant. Ex vii Apostolorum efficacia argumentum desum non potest. Non enim constat, an vli fuerint sacramenta ad fideles confirmandos. Doctores namque afferentes christinae vlos fuisse, consequenter dicere debent formam huius sacramenti expressum, cum nullum apparcat fundamentum id negandi, ut bene expendit Suar. dicta sect. 5. in fine. Ad testimonium ad ductum ex libro, qui inscribitur Ordo Romanus (si forte sic se habet) respondeo, ibi non exprimi totam formam, sed sub verbis concilii confirmationem declarari, sicut idem est dicendum de edito Constantini. Antiqui Partes formam huius sacramenti non facis expresserunt. Nam et constat ex Innocent. Lep. i. ad Decretum s. 5. verebantur nostra fidei mysteria infidelibus manifestare, ne contingerentur. Nullus tam negavit aliquod veitum in supradicta forma relatum necessarium fuisse. Illud vero certissimum est, si formam huius sacramenti deprecative professi, omnino sensum, & significacionem illius mutares, vixote qui non significares huius sacramenti effectum vt a te operatum. Quocirca indicatio, seu imperatio modo proferri necessario debet, & notauit Suar. dicta disp. 33. sect. 5. circa fin.

P V N C T V M . IV.

Qui sunt Confirmationis effectus.

1. *Primus est gratia augmentum, ad quod suscipiendum qualiter debet esse dispositus.*
2. *Secundus effectus est gratia auxilium suo tempore concedendum.*
3. *Tertius est character in signum reiterari hoc sacramentum non posse.*
4. *Explicatur quidam difficultas locus Augustini.*

1. *Primus est gratia augmentum, ad quod suscipiendum qualiter debet esse dispositus.* Hoc enim sacramentum a sanctis Patribus perfectio baptismi communiter appellatur, quia gratiam baptismi perficit, & intendit. Quapropter hoc sacramentum per se exceptum suscipientem in gratia esse constitutum argumento ex naturalibus deducit, vt quis augmentum, & crescat, vitam habere debet, sic in spiritualibus, ut roboretur Spiritus, & gratia augmentum recipiat, gratiam, quae est vita spiritualis, habere debet. Quocirca concius peccati mortalis contritione, vel attritione cum sacramento penitentiae se disponere debet, vt sic expulso peccato, & grata recepta aptus existat ad augmentum gratiae proprium huius sacramenti effectum, recipiendum. Primitere vero confessionem sacramentalem (esti salubre consilium sit) non tenetur, quia neque ex natura rei, neque ex vilo praecipto diuino, aut Ecclesiastico haec obligatio colligi poset. Nam esto in cap. vii ieiuniu. de consecrat. dict. 3. caueatur suscepituros hoc sacramentum & ieiuniu esse debere, & praemissa confessione dispositos, id tantum ex consilio praeferitur, non ex praecipto, vt notauit D. Thom. receptus ab omnibus q. 72. art. 7. Quod si credens te esse constitutum, cum tamen solum attritus sis, accessus ad hoc sacramentum recipiendum, recipies gratiam iuxta opinionem factis probabilem, & piam afferentem sacramenta viuorum aliquando priuam gratiam conferre non ponentibus obicem. Qui enim attritione peccatum detectatur ad illius remissionem i.e. disponit, voluntatem peccati retractando. Ex alia parte sacramentum suscipit credens esse eum. Ergo presumi debet de diuina bonitate non esse effectum sacramenti negandum. Et ita sufficit in praefati Suar. disp. 34. sect. 2. res occurrit. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 4. Bonac. disp. 3. q. unica p. 4. num. 7. & dixi tract. 18. pun. 7.

2. *Secundus effectus confirmationis est speciale auxilium suo tempore concedendum ad gratiam in baptismo receptam retinendam; & fidem absque vilo timore, & verecundia cum opus fuerit confitendam. Hoc autem auxilium ut loco allegato dixi neque semper ex vi sacramenti efficax conceditur, alias confirmatus nunquam fidem, & gratiam amittere, imo neque omni tempore, & occasione ex vi sacramenti donatur, quia non est unde colligamus sic esse a Deo promisum, sed illud auxilium conceditur qualiter, & quando a diuina bonitate preordinatum est. Vide dicta tract. 18. pun. 7.*

3. *Tertius, & praecipius confirmationis effectus est character, qui est qualitas quadam spiritualis, & supernaturalis anima inhaerens, quo confirmatus in militem Christi munitionem, & roborum est insignitus ut fidem eius defendat. Semel autem anima impensis indelebilis est, eaque de causa Confirmationis Sacramentum iterari non potest, sicuti colligitur ex c. dictum est cap. de homine de conferat. dict. 5. & ex Trident. sess. 7. can. 9. de Sacram. in genere.*

4. *Solum obstar huic Catholicæ veritati difficilis locus Augustini. lib. 3. de baptismo cap. 16. qui & refertur in cap. manus 1. q. 1. vbi ait: Manus impositione, non sicut baptismus repeti non potest, quid enim est aliud nisi oratio super hominem. Quod autem per manus impositionem intelligat Augustinus confirmationis sacramentum, colligitur cum ex exercicio illius capituli, vbi inquit: Spiritus sanctus in sola Catholicæ Ecclesiæ per manus impositionem datur. Tunc ex verbis subsequentibus. Non enim ait, datur Spiritus sanctus sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem, sicut ante datur. Nihilominus assertendum est sermonem ibi non esse de impositione manus, quae est Confirmationis sacramentum, alias non solum Catholicæ veritari, sed sibi ipsi Augustinus repugnat, si quidem lib. 2. contra epistolam Petiliani. cap. 10. 4. expresse assert. Confirmationem, sicut & baptismum repeti non posse. Dicendum ergo est de alia manus impositione ab ea qua sacramentum Confirmationis conficitur; loqui Augustini. Etenim cum manus impositione, ut dicit glossa dicto cap. manus, multiplex sit, videlicet confirmationis, de qua actorum. 8. & 19. ad Hebr. 6. ordinatoria, cuius mentio sit, act. 6. & 1. ad Timoth. 4. & 2. ad Timoth. 1. quæque repeti non possunt, quia ipsi sacramentum confirmationis, & ordinis ministratur. Aliæ vero manus impositiones nec sacramentum sunt, nec repetitioni contradicunt. Primo est manus impositione, qui infra curabuntur, de qua Marc. 10. Super agros manus impositione, & bene labebunt, cuiusque meminit Lucas act. 9. & 28. Deinde est alia manus impositione deprecatoria, de qua forte loquitur Lucas act. 13. cum dixit. Tunc ieiunantes, & orantes, impositionesque eis (scilicet Paulo, & Barnabæ) manus dimiserunt illos. Non enim illa manus impositione nec confirmationis, neque ordinatoria fuit. Cum Paulus, & Barnabas & confirmatis, & ordinatis essent. Restat ergo, ut fuerit quædam salubris deprecatio, qualis est ea, quæ cathecumens ad baptismum recipiendum preparatur, de qua Augustus lib. 2. de peccator. merit. c. 26. & qua etiam confirmationis orationibus Ecclesiæ disponitur ad Confirmationem, que manus impositione, vt bene notauit Valen. t. 4. disp. 5. q. 1. pun. 1. Secundum se spectata optimè repeti potest. Quod si de hac manus impositione Confirmationem antecedente loquatur Augustus in dicto cap. manus mirum non est, quod negauerit repeti non posse, sicut baptismus. Verum quia eo loci non videtur Augustus locutus de Sacramento Confirmationis, ideo probabilitus existimo supradictam manus impositionem non esse eam, quæ confirmandus orationibus Ecclesiæ disponitur Confirmationi recipienda. Dicendum igitur est loqui ibi Augustinum de manus impositione, quæ haereticorum penitentes reconciliantur, & diuinus Spiritus in eorum favorem exoratur manus impositione, vt habetur cap. penitentes. c. in cap. quadragesima. 50. disp. 8. & de qua idem Augustus lib. 5. de baptismo. cap. 23. Haec enim manus impositione, quid est aliud, quam oratio super hominem? Neque huius expositioni obstat, quod initio illius capituli dixerit Spiritum sanctum in sola Catholicæ Ecclesiæ per manus impositionem communicari, quia id verum esse potest, et si non communicetur sacramentaliter praedicta manus impositione, sed solum deprecative. Sola enim Ecclesiæ Catholica oratio, & qua a Catholicis fit, & Catholicis applicatur, communicare Spiritum sanctum potest. Ex eo autem quod subdit haec manus impositione non communicari diuinum Spiritum sensibilium signis, sicuti tempore Apostolorum communicabatur, non inferatur haec manus impositionem eiusdem esse virtutis cum ea, qua Apostoli Act. 8. & 19. vrebantur: illa enim ex opere operato Spiritum sanctum communicabat, haec solum deprecatoria, neque infallibiliter. Sic latius explicat Suarez disp. 34. sect. 1. circa finem. contentit Aegid. de Conincb. q. 72. art. 5. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 4.*

P V N E T V M VII.

Quibus Confirmationi ministrari possit,
& debeat.

1. Omnibus baptizatis, & solis ministrari confirmatione potest.
2. Infantibus ante usum rationis plures censem expedire Confirmationem concedi.
3. Alij contra afferunt expedire.
4. Expectandus est hodie rationis usus, sed non ultra differenda Confirmatione regulariter.
5. Explicatur predicta doctrina.
6. Satisfit fundamentis oppositarum opinionum,
7. Plures negant amētūs qui sic creduntur futuri perpetui, esse Sacramentum ministrandum.
8. Verius est oppositum.
9. De infantibus in extremo vite constitutis proponitur dubium an expediat Confirmationem ministrari.
10. Statuitur ut posse, & debet illis ministrari confirmationem.

Quibus baptizatis ministrari sacramentum Confirmationis potest, quia capaces sunt huius sacramenti effectus. Cum enim sine per baptismum spiritualiter geniti crescere, & roborari possint, & ad fidem defendendam armari, tametsi actu ob etiā defectum, aliud impedimentum ad pugnam inepti sint. Constat ex usu antiquo Ecclesiae hoc sacramentum ministrantis omnibus baptizatis, & cuiuscunq; conditionis existentes statim post baptismum. Eaque de causa dixit Virban. Papa in c. omnes. 1. de consecrat. dist. 5. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur. Neque ad hoc sacramentum, sicuti neque ad baptismum requiri necessario propriis suscipientis voluntas, sufficit Christi, & Ecclesie in iis, qui propriam non habent voluntatem. Dixi *Omnibus baptizatis*. Nam ante baptismum nemo huīus, neque alterius sacramenti capax existit. Cum baptismus ianua sit Ecclesie, cuiusque charactere baptizatus disponatur ad dona, quae Christus Iesu Ecclesie in testamento reliquit suscipienda. Et in Confirmatione est specialis ratio, quam tradidit D. Tho. q. 72. art. 6. Confirmatione namque spiritualiter crescamus, & roboramur, baptismo gignimur. Nemo autem crescere, & roborari potest, qui prius genitus non sit. Ergo nemo potest confirmari, qui baptizatus existat. Neque his obstat tempore nascitīs Ecclesie Spiritus sanctum datum esse non baptizatis, vt constat acto. 10. vbi referuntur Spiritum sanctum in gentes visibiliter descendisse. Quia illa diuini Spiritus communicatione non fuit sacramentalis, sed ex Dei benignitate, ut ludici intelligentes capaces esse baptismi, & gratia per Christum. Neque ex illa diuini Spiritus communicatione redditi sunt incapaces suscipendi Confirmationis sacramentum, quia non confar ea communicatione characterem Confirmationis suscepisse, tametsi effectum Confirmationis primatum abundantem suscepserint. Ob quam causam fortè postea Confirmationi non fuerunt, tametsi fuerint baptizati.

2. Quibus vero expediatur Confirmationis sacramentum ministrari. Constat omnibus baptizatis conueniens esse. Solum de infantibus, de amētūs, & mortuis dubitant doctores. De infantibus plures affirmanc expedire hoc Sacramentum illis ministrare, necesse expectandum rationis usum. Sic indicat D. Thom. in 4. dist. 7. qu. 3. art. 2. quest. 2. Bonavent. ibi art. 3. q. 1. ad argum. Ricar. art. 3. q. 2. Gab. ar. 3. dub. 7. Alens. 4. p. 9. 2. memb. 2. & 3. Petrus Sotus, leit. 1. de Confirmat. & alij quibus fauet usus antiquis Ecclesie concedentis confirmationem statim post baptismum receptum, eius usus meminit Alcuin de Ecclesiast. Offic. cap. de Sabato sancto, Valden. lib. de Sacrament. cap. 111. & pluribus relatis firmat. Suar. disp. 15. sec. 1. in fine. Neque in favore huius opiniois deest congruens ratio. Etenim cum Confirmatione sit baptismi perfectione, expediens esse videtur statim post baptismum susceptum concedi. Cui perfectione non obest infancia, & defectus rationis usus, sed potius iuventus, & effectum Sacramenti securum reddit, quem tamen, peccatum, quod post rationis usum committi potuit, dubium facit. His contentit Anton. Genueni. in praxi, cap. 4. num. 3. quem refert, nec reprobata Barbola allegat. 30. num. 17. affirmans primum trium annorum hodiē confirmari posse, quia malitia multum crevit, & quia diligenter nomina Confirmationis describuntur. Alij sententiam conuenientius esse atatem puberem expectare. Sie. glossa in c. ut ieiuniū de consecrat. dist. 5. ibi ut ieiuniū (inquit Concilium Aurelianense c. 3.) ad Confirmationem veniant perfecte atatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum sancti Spiritus valeant accipere. An ante puberem atatem nemo videatur satis capax percipiendā monitionis, neque confessionis præmittere. Ergo non debet Confirmationem recipere ante atatem puberem.

4. Media via tenenda est, & affirmandum hodiē infantibus confirmationis sacramentum regulariter ante usum rationis, qui septennio præsumitur, conueniens non esse ministrari: stante vero rationis usu, statim ministrandum esse, nec differendum. Sic Silvestr. verbo confirmatio, num. 4. Paludan. in 4. dist. 7. quest. 4. num. 10. Soto ibi art. 8. Suar. disp. 35. sec. 2. colum. 2. Egid. de Coninch. q. 72. art. 8. num. 79. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 5. num. 2. Bonac. de Sacram. quest. 2. vni. pun. 4. num. 5. Barbola allegat. 30. num. 17. & præ omnibus Pius V. in catechisma Romano 2. p. cap. 3. n. 14. ubi inquit: Illud etiam obferuandum est omnibus quidem post baptismum, confirmationis sacramentum posse administrari: sed minus ramen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint, quare si duodecim annus expectandus non videatur, vtque ad septimum certè hoc sacramentum differre maximè conuenit. Et sic usus Ecclesiarum obtinuit. Ratio vero, quare expediat rationis usum expectare ea est, quia sic decennus suscipitur, & cum maiori fructu, & absque periculo reiterationis. Quod sapere esset si in infanta regulariter hoc sacramentum ministraretur. Tum quia nemo præsumitur Confirmatus ex eo quod inter fideles commoretur, sicuti præsumitur baptizatus. Tum quia confirmatorum nomina non ita exactè scribuntur, sicuti baptizatorum. Expectare vero atatem puberem nullatenus expedit, quia nemini conuenit absque rationabili causa que in praesenti nulla per se excogitari potest, priuari sacramenti fructu, quo robur accipiat ad fidem, & charitatem retinendam, tentationeque superandas. Adde regulariter puerilem atatem Deo gratam esse, quia fidem, & charitatem in baptismō recipiam conservat, quae tamen in adulta atate facilè amittuntur, quare amissione non leviter impedit sacramentum Confirmationis, utpote in uitium ad roburandum Confirmationum aduersus diaboli infidias.
5. Notariorum dixi hodiē expediens non esse ante rationis usum infantibus Confirmationem ministrari, ut indicarem olim conuenientius fuisse. Cum enim ob penitentiam Episcoporum, & paucitatem fidelium bis tantum extra necessitatem baptismi ministraretur. c. non ratione, & alios de consecrat. dist. 4. & ministrato baptismate statim Confirmationi ministratur. c. omnes. cap. de his consecrat. dist. 5. debuit Confirmationi pluribus ante usum rationis ministrari. At multiplicato Episcoporum, & fidelium numero cessavit prædicta consuetudo coniungendi Confirmationem cum baptismō, eaque bis tantum in anno ministrandi, & successivam Confirmationem ministratio prout magis, expedit tunc reverentia sacramentum fidelium virilitati. Suar. disp. 35. sec. 2. vers. viraque. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 5. q. 1. Deinde dixi regulariter expediat rationis usum expectare pro huius sacramenti ministracione. Aliquando namque expedit usum rationis præuenire, primò si ob absentiam Episcoporum, aliamcaus probabilitate timeatur longo tempore post usum rationis Confirmationem esse diffundam, præfata enim tempus præuenire, quam supradicto periculo exponi. Suar. disp. 35. sec. 2. vers. viraque. Egid. de Coninch. q. 72. art. 8. n. 81. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 5. q. 1. Secundò si timeatur infans sine confirmatione decollatur, melius enim estarent rationis usum Confirmationem concedi, quam perpetuò ea priuari. Suar. Egid. & Laymann. supra. Tertiò si consuetudo diocesana adit pueris ante usum rationis hoc Sacramentum ministrandi. Satis enim gravis causa est præveniendi rationis usum à consuetudine d'ocestanā non discedere. Sie alij relati. Laymann. dicto lib. 5. tract. 3. cap. 5. q. 1. Quarto addit Suar. dicta dist. 35. sec. 2. vers. viraque in fine. Si Episcopus ob benevolenciam, aliamve similem causam puerum ante rationis usum confirmaret, grauitur non peccatum secluso scandalo: qui confundendo expectandi rationis usum non videtur eo rigore introducta esse.
6. Ex his facile est oppositarum opinionum fundamentis satisfaciere. Admitto namque plures congruentias esse pro antiqua consuetudine ministrandi hoc sacramentum statim post collatum baptismū, idēque deinceps sic eo tempore ministrari. At quia ex parte predicta rationes cessant, & plures efficaciores adiungunt in præfata iudeant tempus rationis usus non esse præueniendum, nec stante rationis usu ministracione differendam, consuetudo Romana Ecclesie obtinuit statim post usum rationis hoc Sacramentum ministrari, & non ante nisi urgente aliqua causa. Textus vero in cap. ieiuniū non probat atatem puberem esse expectandam, nihil enim de atate decidit, sed supponens aliquos ad Confirmationem accedere in atate perfecta monet, ut ieiuniū, & præmissa confessione accedant. Adde atatem perfectam ad Confirmationem recipiendam non esse isolam puberem, sed etiam impuberem rationis usu prædicant.
7. Secundo dubitatur de amētūs. Et quidem si spes ad usum rationis habitus confirmatione differenda est in tempore usum rationis, sicuti diximus de infantibus. Si vero creduntur futuri perpetui ementes Soto in 4. dist. 7. q. 4. art. 8. & alij relati à Bartholomao ab Angelo dialog. 1. §. 18. negat illis. Confirma

Confirmationem esse ministrandam. Tum quia non adest huius ministratiois consuetudo. Tum quia cessat finis, ob quem hoc Sacramentum conferendum est. Erenin confert, vt confirmatus robur accipiat ad propagandam fidem, & conseruandam gratiam, & charitatem aduersus diabolos infidias. At perpetuo amentes incapaces sum pugnae, & tentacionis, amissionique gratiae, non igitur illis debet hoc Sacramentum concedi.

8. Ceterum dicendum est non solum posse, sed & deberi amentibus, de quibus aperit non constat esse in peccato mortali. Confirmationem ministri, qui haec capaces sunt praecipue huius sacramenti effectus, qui est gratiae augmentum. Quod vero incapaces existant auxilij specialium ad fidem palam confundam id per accidens est, & primarium huius sacramenti effectum non impedit. Nulla igitur causa adest iis Confirmationem negandi. Quod si dicas negandam esse, quia illius voluntatem nunquam habuerunt, obstat, quia pro carentibus perpetuo viu rationis sufficit voluntas Christi, & Ecclesiae, sicut in baptismino: pro his vero iis, qui aliquando viu rationis habuerunt, sufficie interpretativa voluntas, que confiteri adessi in qualibet Christiano suscipiendo sua salutis remedia, seu beneficia, dum voluntaria voluntate non constat. Neque in contrarium est aliqua consuetudo, nec rationabiliter efficitur? Nam esto infantibus, quia carent viu rationis hoc sacramentum non ministeretur, id est, quia cedunt rationis voluntas viu habitu, quae spes cessat in perpetuō amentibus. Est igitur illis Confirmationem ministranda. Sic D. Thom. qu. 72. art. 8. ad 2. Suar. disp. 35. sec. 2. vers. 4. dicendum. Bonac. disp. 3. q. 9. p. 4. n. 6. Barola 2. p. de potest. Episc. alleg. 10. n. 21. Agid. dicta 9. 72. art. 8. num. 83. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 5. q. 2. Vbi addit parentes, & tutores a peccato excusari, si amentes non adducant confirmandos in ea dicebunt, vbi non solent Episcopi his confirmationem ministrare.

9. Tertiū dubitatur de iis, qui in extremo vita sunt confituti, maxime si sint infantes. Rationem dubitanti inservit Melchiades Papa in epist. ad Episcopos Hispania, cap. 2. relatus, in cap. Spiritus sanctus de consecrat. disp. 5. ibi. Et quia in hoc mundo tota arte vieturis inter iniuriosos hostes, & pericula graduentur est, in baptismino regenerarum ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismino abluimur, & post baptismum roboramur. Et quamvis continuo transiuntur sufficientegenerationis beneficia, vieturis tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per se sicut mox in pace beatū sculpi recipiendos, confirmatio armar, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocencia immaculata peruenit ad mortem, non confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Ex quibus verbis colligi videtur morituros, confirmandos non esse. Tum quia non sunt prælati. Tum quia morte confirmantur. Tum quia sic haber vius, & confitudo.

10. Nihilominus dicendum est morituris confirmationem ministri, & deberi, quia capaces sunt recipiendi gratia plenitudinem, quo roborentur ad pugnam, si forte fuerit. Quod vero futura non sit, id est per accidens. Neque Melchiades Papa contrarium indicat. Solum enim dixit vieturis necessaria esse Confirmationis auxilia, sed non negavit morituros conuenientia esse. Per accidens tamen excusant morientes ab hoc sacramento recipiendo, eo quod singulor morientes ad Episcopos non videntur. Nam ut dicit Innocent. epist. 1. ad Decentium circa finem de extrema vñctio ne loquens. Episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopos aut potest, aut dignum dicit aliquem a se visitandum, & benedicere, & tangere christiane sine cunctatione potest. Quia in sacramento Confirmationis exequuntur procedunt. Atque ita docent D.Th. q. 72. art. 8. ad 4. & ibi Agid. de Coninch. n. 8. Suar. disp. 35. sec. 2. in fine. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 5. q. 4. Bonac. disp. qu. 1nica punct. 2. in princ. & alij plures. Fundamentum est, qui obligationes, & praecipita imponenda non sunt absque fundamento. At nullum est ex quo firmiter colligi possit praedicta obligatio. Ergo. Minorem probo quod obligatione ortam ex iure diuino. Nam est confirmatione perfectum Christianum reddat, non reddit perfectum simpliciter, & quod substantiam, sed quod abundantiam Spiritus, & gratiae plenitudinem, quia baptismo redditus est baptizatus perfectus quod substantia. Confirmatione autem solum redditur perfectus quod abundantiam Spiritus, & gratiae plenitudinem, quia Confirmationis roborat, & munit confirmationem ad fidem Christi constanter defendendam, & gratiam in baptismino suscipientem confir-

obligationem imponitam esse iure diuino cuiuslibet baptizato. Tribuitur Scotus in 4. disp. 7. q. 2. Valdens. 1. 2. de Sacram. c. III. Sed hi solum alterum hoc sacramentum contempnere cum, quia data opportunitate illud recipiendi, absque causa omittrit. Probari autem potest hac sententia ex fine, & institutione huius sacramenti, qui est constitutum baptizatum perfecte Christianum, ut dixit Urbanus Papa, epiph. 1. cap. 7. & traditum cap. omnes de consecrat. disp. 5. At quilibet tenetur verus & perfectus Christianus esse. Ergo. Item ex vi huius sacramenti roboratur fidelis non solum ad fidem coram tyranno confitendam, sed etiam ad gratiam, & charitatem conseruandam aduersus diaboli infidias, & mundi illecebros, & continua vita huius pericula. At quilibet tenetur fidem, & charitatem conseruare, ergo tenetur illius conservationis media assumere. Alias censabitur propria salutis contemptor, & dignus ut a Deo deseratur, qui media ab eo instituta pro salutis conservatione negligit. Ob quam causam credendum non est Christum Dominum libertati hominum reliqui huius sacramenti vium, sed obligationem imposuisse, ex qua tantum comitendum proveniebat.

2. Secunda sententia praecedentem limitat, ut procedat eo casu quo publice coram tyranno fides est confusa, quia singulare periculum, singulare auxilium expostular. At hoc sacramentum specialiter institutum est ad roborandum fidelem, ut absque timore, & verecundia fidem confiteatur. Tenetur ergo in praedicto periculo constitutus hoc sacramentum suscipere, ut eo munitus, & roboratus in fide confida persequetur. Fauetque huic sententia præceptum latum Apostoli, Luca vlt. ne cœlitate exirent, donec induerent virtute ex alto, hoc est, donec spiritu sancto munirentur. Sentit ergo Christus neminem ob fidem publicam confessionem pericula vita esse exponentem, qui virtute spiritus sancti armatus non sit. Ergo qui sacramentum Confirmationis non receperit. Hoc enim sacramento spiritus sanctus fidelibus inuisibiliter communicari loco illius communicationis, quia in die Pentecostes Apostolis facta est. Atque ita sustinetur Duran. in 4. disp. 1. q. 1. art. 2. Mac. fil. q. 5. art. 4. Turcrem. cap. 1. de consecrat. disp. 5.

3. Tertia sententia admittit obligationem huius sacramenti suscipiendi non diuinam, sed Ecclesiasticam. Sic tradit Alexand. Alens. 4. p. 9. 25. memb. 2. Bonavent. in 4. disp. 7. art. 3. q. 2. Paludan. qu. 1. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 14. §. 5. syll. verbo Confirmationis 2. Mouentur ex variis decretis de consecrat. dist. 5. Nam Melchiades Papa relatus in cap. Spiritus sanctus suprad. disp. exprefit dixit quoniam continuo morituris sufficient regenerationsis beneficia, vieturis tamen necessaria esse Confirmationis auxilia. Et cap. de his (inquir idem Pontifex) ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, baptismus scilicet & Confirmationis, ut ab iniuicem nisi morte interueniente nullatenus possint segregari, & unum sive altero rite perfici non possit.

4. Quarta sententia limitat hanc obligationem, casu quo sacramentum ordinis recipiendum sit ex Tridenti sess. 23. cap. 4. de reformat. Prima (inquit Concilium) confusa non initiantur qui Sacramentum Confirmationis non suscepserint. Quæ verbaliter ad conferentes primam confusam diriguntur, scilicet suscipientibus obligationem imponunt, ne absque Confirmatione confusuram recipient. Quod vero continetur gravis obligatio colligunt, quia eodem modo prohiberunt confusuram concedi iis, qui sacramentum Confirmationis non suscepserint, ac prohibentur qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quippe legere, & scribere nesciant, & de quibus probabilis conjectura non sit eos non secularis iudicij fugienda fraude, sed ut Deo fidelem cultum præsent hoc vita genus elegisse. At ignorantes fidei rudimenta, nescientibusque legere, & scribere, et gravi peccatum confusuram concedere, eamque suscipere. Ergo eriam est grava peccatum eam suscipere absque Confirmatione.

5. Ceterum verior est sententia negans villam per se obligationem esse, neque ex iure diuino, neque Ecclesiastico suscipiendi Confirmationem. Sic D. Thom. q. 72. art. 8. ad 4. & in 4. disp. 7. qu. 1. art. 1. l. quæst. 2. Abbas in cap. quan. o. num. 4. de confusand. Covarru. lib. 1. var. c. 10. n. 5. Henr. lib. 3. cap. 1. n. 6. Suar. disp. 38. sec. 2. ver. 1. quæst. 2. Valent. 1. 4. disp. 7. q. 2. p. 3. Agid. de Coninch. 1. 72. art. 8. num. 88. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 5. q. 4. Bonac. disp. qu. 1nica punct. 2. in princ. & alij plures. Fundamentum est, qui obligationes, & praecipita imponenda non sunt absque fundamento. At nullum est ex quo firmiter colligi possit praedicta obligatio. Ergo. Minorem probo quod obligatione ortam ex iure diuino. Nam est confirmatione perfectum Christianum reddat, non reddit perfectum simpliciter, & quod substantiam, sed quod abundantiam Spiritus, & gratiae plenitudinem, quia baptismo redditus est baptizatus perfectus quod substantia. Confirmatione autem solum redditur perfectus quod abundantiam Spiritus, & gratiae plenitudinem, quia Confirmationis roborat, & munit confirmationem ad fidem Christi constanter defendendam, & gratiam in baptismino suscipientem confir-

P V N C T V M VIII.

An, & qualis sit obligatio suscipiendi Confirmationem.

- Prima sententia docet omnibus baptizatis imponitam esse iure diuino hanc obligationem.
- Secunda agnoscit hanc obligationem casu quo fides coram tyranno confusa esset.
- Tertia admittit hanc obligationem suscipiendi confirmationem non ex iure diuino, sed ex præcepto Ecclesiastico.
- Quarta admittit hanc obligationem, si ordo suscipiendus sit.
- Vetus est nullum per se esse obligationem suscipiendi confirmationem.
- Per accidens obligatio esse potest.

DE obligazione suscipiendi confirmationem quadruplex est sententia minus vera. Prima assertit absolutam Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. IV.

P V N C T V M IX.

Quis sit Confirmationis minister.

1. *Minister ordinarius ex Christi institutione est solus Episcopus consecratus*
 2. *Hereticus, & degradatus validè, tametsi illicet, confirmationem ministrabit.*
 3. *Ex delegatione solius Pontificis simplex Sacerdos esse potest.*
 4. *Alteri à Sacerdote hac potestas committi non potest, neque ab alio prater Pontificem.*
 5. *Ad concedandam hanc facultatem debet Pontifex graui causa duci, ut prudenter operetur, valida tamen erit concessio absque causa.*
 6. *Hanc facultatem poterit Pontifex electus, et si non sit ordinatus conferre.*
 7. *Episcopus non debet alios praeter sibi subditos confirmare.*
 8. *Deinde debet in propria diocesi, non in aliena absque licentia proprii.*
 9. *Item debet uti christiane eo anno consecrato.*
 10. *Debet esse in gratia.*
 11. *An debet esse ieiunus?*
 12. *Obligatione debet ceremonias ab Ecclesia prescriptas.*
 13. *Si longo tempore Episcopus ministrare Confirmationem omittat, peccat mortaliter.*
- I**de Catholica certum est Confirmationis ministrum ordinarium esse solium Episcopum consecratum. Sic habet pluribus decretis de conferenti. *disp. 5. & cap. presbyteros de consecrati. disp. 4. & in cap. quanto de consecratis. & in concilio Florent. in decreto Eugenij, & in Trident. sess. 7. can. 3. de confirmat. dicente.* Si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse solium Episcopum, sed quemlibet simplicem Sacerdotem anathema sit. *Ez. sess. 23. cap. 4. signatur ut proprium Episcoporum munus confirmationis ministratio, & can. 7. anathema damnatur assertor consimilat potestatem communem esse Episcopis, & Presbyteris. Colligitur haec veritas ex Acto. 8. & 19. vbi soli Apostoli leguntur fidibus per manus impositionem spiritum sanctum communicasse. Ergo signum est nullum aliud Sacerdotem hanc habuisse potestatem. Neque obstat illam manus impositionem Sacramentum Confirmationis non esse, sufficit loco illius Sacramentum Confirmationis successisse. Ratio desumitur ex institutione Christi, vbi & traditione Ecclesie declarata. Congruentiam explicit D. Thom. *quest. 72. art. 11. dicens:* In quolibet opere ultima consummatio suprema arti, & virtutu referatur. Fideles autem Christi sunt quoddam diuinum opus secundum illud. 1. Corinth. 3. Dei aedificatione estis. Sunt etiam quasi quedam epistola Spiritu Dei scripta. 2. Corinth. 3. Hoc autem Confirmationis sacramentum est quasi ultima consummatio baptismi, quia per baptismum homo aedificatur in dominum spiritualem, & confeatur quasi quedam spiritualis epistola, sed per sacramentum Confirmationis quasi domus aedificata dedicatur in templum spiritus sancti, & qua epistola conscripta crucis signo signatur, & ideo collatio huius sacramenti Episcopis referatur, qui obirent supremam in Ecclesia potestatem. Deinde quia Episcopi sunt Ecclesie duxes, at duabus conuenit eligeres, & consignare milites. Ergo ad Episcopos pertinet Confirmationem, quia milites Christi consignantur, ministrare. Quia vero adiutorius hanc doctrinam ex Patribus, & Conciliis obici posuit & facili funt, & optimè dissolvit Suar. *disp. 36. sect. 1. post medium.**
2. *Episcopus vero etiam hareticus, depositus, degradatus que sit, validè, tametsi illicet Confirmationem ministrabit, quia characterem ordinis, à quo huc prouenient potestas, non amittit. Sic pluribus firmat Suar. *disp. 36. sect. 3. vers. dicendum. Bonac. de Sacram. disp. 3. p. 2. num. 7. Barbola, allegat. 30. de potest. Episc. n. 2. & alii.**
3. *Dixi ordinarium ministrum esse solium Episcopum. Nam extraordinarius ex delegatione solius Pontificis simplex Sacerdos esse potest. Colligitur ex facto Gregorij lib. 3. epist. 26. & referut in cap. *peruenit 95. disp.* Hic enim Pontifex praeposit Presbyteris insulae Sardiniae Confirmantibus baptilizatos, ne id facerent, ob cuius preceptum scandalum ortum est, quod cernens Gregor. inquit. Nos quidem secundum vnum veterem Ecclesie nostræ fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur vbi Episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizandos Christi tangere debeant, concedimus. At non est credendum tantum Pontificem in rem gravi bonum commune spectante erratum. Ergo ex commissione Pontificis potest presbyter Confirmationem ministrare. Consentit concilium Florentin. in decreto Eugenij, vbi inquit. Legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem christinare per Episcopum confessio hoc*

vandam. At nemo tenetur ea abundantia, & plenitudine, Christianus esse, sufficit si vere, & propriè, & simpliciter institutus Christianus sit. Ergo iure diuino non tenetur confirmationem suscipere. Neque item haec obligatio nasci potest ex huius sacramenti institutione, nam eti ad roboram fidèles pro fide, & gratia in baptismo suscepis confundandis infirmitatum sit, quia tamen alii meditè feliciter oratione, penitentia, continuo virtutum exercitio, & praepucium Eucharistia susceptione, & frequencia illud robur obtinere possunt, non obligant confirmationem suscipere. Neque exemplum Apostolorum virget; illis namque prohibitum est, è civitate exire, donec induerentur virtute ex alto. Tum quia debentur indui quodam stupendo miraculo non solum diuino Spiritu, sed dono Prophetæ, & liaguarum in fidei confirmationem. Tum quia erant primi Ecclesiæ fundatores, quos nullatenus expediebat ministerium prædicationis aggredi, nisi scientia, virtute, aliisque donis supernaturalibus apprimè exornatos. Quod vero ex iure Ecclesiastico nulla sit obligatio, si probro. Nam textus, in cap. *Spiritus sanctus* affirmans auxilia Confirmationis viatorum necessaria esse, intelligi debet non de necessitate absoluta, & simpliciter, sed de necessitate secundum quid, qualiter reputare omne illud quod est maximè conveniens. Textus item in cap. *de his eadem dicitur*, solum probat titù, id est licet baptismum sine confirmatione perfici non posse, quia olim preceptum era confirmationem simul cum baptismo ministrari debere. Quia stante confuetudine dubium non est recipiente baptismum extra mortis periculum obligatum esse confirmationem recipere. Sed haec obligatio non ex praepucio directo suscipienda confirmationem naecebatur, si quidem suscepit baptismum in mortis periculo nulla era potest obligatio suscipienda Confirmationis. Sed ea obligatio naecebatur ex praepucio, quo prælati Ecclesiæ tenabantur Sacramentum baptismi simul cum confirmatione ministrare, & non aliter. Adde si aliquod esset præceptum Ecclesiasticum suscipienda Confirmationis, effet tempus determinatum ab Ecclesiæ pro illius executione, scilicet ceterum in aliis sacramentis necessariis, nempe baptismo, penitentia, & Eucharistia. Item Ecclesia cogere curulis fidèles ad illud suscipendum. Neque morituri ab illius suscepione excularentur, si adesset Episcopus, qui ministrare vellet. Igitur alterum est nullum per se esse obligationem Confirmationis suscipienda.

7. Notanter dixi *per se*. Nam per accidens peccare mortali potes confirmationem omitentes. Primo si ex contemptu omittas. Censiter autem ex contemptu omittere si omittas ex quod reputes confirmationem puerilem esse, & tua persona minus dignam. Si autem data occasio suscipienda confirmationem omittas suscipere ex quadam animi corpore, & negligenti nullatenus contempnere conferis, alias venerabile Eucharistia sacramentum sapientem contempnaces, omitens ex negligenti illud recipere cum facilè posset. Sic Suar. *dicta disput. 38. sect. 1. vers. quo circ. Egid. de Coninch. quest. 72. art. 8. dub. unico. num. 87. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 3. quest. 4.* Verum esto predicta omisso non sit Confirmationis contemptus, est tamen illius dimiduta astimatio. Qui enim potens facile confirmationem suscipere omittit, sati ostendit pati pendere tum gratia plenitudinem, tum auxilia, que ratione huius sacramenti conceduntur ad fidem, & charitatem conferuandam. Tum pericula aſſentiendi tentationibus, quod per se indecens esse videtur, & ideo raro hac negligientia a peccato veniali excusat potest; vt docet Suar. *quest. 72. art. 8. disp. 38. sect. 1. circa finem. Egid. dub. unico. conclus. 3.* Secundo esse potest per accidens peccatum, & latris graue omisso Confirmationis ob scandalum datum. Si enim aliquotiter de fide subcepisti sis, certe rationabiliter potes confirmationem contempnere, cum illam absque rationabilis causa omittis. Sic Suar. *supra. Egid. conclus. 2. Laymann. q. 4.* Tertiò ratione propriæ conscientiæ, ut si firmiter crederes tibi periculum amittendi fidem, vel charitatem imminere, nisi confirmationem recipias, quia obligatus es quantum comode possis prædicta pericula vitare. Suar. & Egid. *supra. Quarto si primam tollitam, aliquo ordines suscepturus sit ob decretem Trident. sess. 23. cap. 4. relatum pro quarta lenteſtia.* Verum ibi non contineri speciale præceptum de Confirmatione præmitenda, sed folium admonitionem docuit Narrat. *cap. 22. num. 9. Suar. disput. 38. sect. 1. in fine. Egid. de Coninch. quest. 72. art. 8. num. 90. Reginald. præx. lib. 3. num. 24. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 5. quest. 4.* Verius tamen exstimo præceptum contineri ob ea qua diximus in favorem quaria sententia, cauge de causa est graue peccatum veſtale, vt dixit Laymann. supra. suscipere ordines non præmissa confirmatione. At non erit mortale, vel quia leuis est materia, vel quia confutudine sic præceptum temperatum est.

hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Supponit in concilio Semonen. in decretis morum cap. 38. & facis indicatur à Trident. afferente Episcopum esse ordinarium huius sacramenti ministrium. Cū enim dicit ordinarium, supponit alium esse posse ex speciali commissione, & delegatione. Quid enim prohibet Christum Dominum Episcopos in ministros huius sacramenti absolvē, & simpliciter designasse, presbyteros vero non sic, sed facta Pontificis commissione? Etenim hi institutionis modus convenientior est, ne ob defectum Episcoporum plures hoc Sacramento priuēt. Affirmandum igitur est ex delegatione Pontificis presbyteros ministros huius sacramenti esse. Et ita sustinet D. Thom. qu. 72. art. 11. & ibi Coninch. num. 10. 4. Suar. dispu. 36. sect. 1. pof. princ. Nauarr. c. 12. n. 8. Couraru. lib. 1. var. c. 10. n. 6. & 14. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 6. Bonac. dispu. 3. de Sacram. q. vñ. p. 2. m. 3. & alijs apud ipſos.

4. Laicis verò, alliſue clericis Sacerdote inferioribus nullatenus hac potestas committi potest, immo nec Sacerdotibus ab alio præter Pontificem, conſtat ex viu, & confutendine Ecclesiæ, qua institutio Christi declaratur. Nunquam enim legimus Sacerdotibus hanc potestatem Episcopos concessisse, neque Pontificem clericis Sacerdotem inferioribus. Potius relati texus iudicant summo Ecclesia Pastori comparatione Sacerdotum hoc negotium referuarum esse. Sic omnes doctores allegari.

5. Pontifex autem ad concedandam hanc Sacerdotibus facultatem graui causa duci debet, alijs imprudenter operabitur, validè tamen teste Suar. dispu. 36. sect. 2. vers. tercia pars. Henr. lib. 3. c. 6. n. 4. Coninch. q. 72. art. 11. dub. vñ. n. 110. Paul. Laymann. lib. 5. sum. 6. assertione. 2. Quia Pontifex hanc Sacerdotibus facultatem concedens in lege Christi non dispensat, sed virtutem potestate fibi à Christo reliqua. Neque credendum est Christum Dominum suo Vicario hanc potestatem reliquise pro solo cauſa virginis necessitatibus, quia offert graue periculum capi efficiendi iritum Sacramentum. Quod si ob iurias concilii Florentini decretum supponens ex dispensatione sedis Apostolicae, & ex rationibus, & virginis cauſa hanc administrationem Sacerdotibus concedi posse? Respondeo id verum esse de concessione, ut licet, & prudentes fiat, secus ut validè concessio namque facultatis extraordinariae, & præter communem vñsum sapientia appellatur.

6. Poterit vero Pontifex hanc Sacerdotibus facultatem præflare eo ipso quo electus fit, tametsi ordinibus carcat: quia eti confirmare ipse non posse, confirmandi tamen potestatem concedere poterit. Hæc enim concessio non est actus ordinis, sed iurisdictionis, sicuti potest Parochus non Sacerdos iurisdictionem Sacerdoti delegare absolviendi à peccatis, quamvis ipse absoluere non posset. Sic Agid. de Coninch. q. 72. art. 11. dub. vñ. n. 109. Suar. dispu. 36. sect. 2. vers. foli. 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 6. concl. 3. in fine.

7. Plura requiruntur, ut prædictus ordinatus, vel extraordinarius minister licet praefat suum officium. Primo non debet alios, quam sibi subditos confirmare. Quia ad cuiuslibet factum licet administrationem iurisdictionem in personam cui est sacramentum ministrandum expostulatur. Neque enim omnibus datum est alienas oues pafere. Sic ex omnibus sententiis testatur Syluest. verbo Confirmationis diaina. n. 5. Suar. dispu. 3. sect. 1. in fine. Bonac. dispu. 3. de Sacram. qu. unica punct. 2. n. 10. Ex præsumpta tamen voluntate proprii superioris possunt alieni subditi licet confirmari, quia præsumuntur à proprio Superiori subditii. Vnde autem hæc præsumptio colligatur arbitrio prudentis relinquitur. Et quidem si tibi ordinandum alienum subditum non Confirmationem remittit proprius Episcopus, dubium esse non potest, quin velet, vt ei Sacramentum Confirmationis concedas, siquidem Confirmationis ordinibus recipiens præmitri debet ex Trident. fol. 23. cap. 4. sic Henr. lib. 3. sum. cap. 6. num. 6. Zambla de Confirmat. dub. 2. num. 3. Paul. Laymann. lib. 3. sum. tract. 3. cap. 6. conclus. 3. An vero incolis, & peregrinis ministrare Confirmationem possit in tua diœcesi ablique illa sui Episcopi speciali concessione? Negant Petri Ledefma, in sum. tract. de Confirmat. cap. 9. conclus. 7. Bartholom. ad Angel. Dialog. 3. 62. Bonac. dispu. 3. queſt. unica punct. 2. num. 10. Monei posse, quia hoc Sacramentum non est necessitatis, sed vritateis, alias & ordinate, & matrimonio coniungere eos posse. Neque item debes inquirere, an Confirmandi sint tui subditii, cum aquæ non subditos, ac subditos possis confirmare. Contrarium verius existimo eum. Henr. lib. 3. cap. 6. n. 6. Eman. Sa. verbo Confirmationis num. 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. cap. 6. Aſſert. 3. Barbola allegat. 30. de potest. Episc. num. 14. Marc. Anton. Genuen. præz. cap. 54. num. 7. Quia hoc Sacramentum licet non sit absolute necessitatis, cùt tamen maxima vtilitate, quia non est credendum velle Pastorem proprium suas oues esse priuatas, præcipue cum inde nullum ei incommunum prouocari. Sicuti prouocare potest ex Ordine, & matrimonio recepto. Et forte ob hanc causam vñ receperum est Episcopum in propria diœcesi confirmantem omnibus ad se confluentibus Confirmationem

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I V.

ministrare nulla inquisitione facta, an sint propriæ, vel alterius diœcesis. Secus vero procedit, cum Ordinem ministrat. 8. Secundo debet in propria diœcesi Confirmationem ministrare, alia in aliena diœcesi irrequito proprio Episcopo ministraret hoc sacramentum etiam sibi subditis, & peccaret mortaliter, & suspensionem ab exercicio Pontificalium incureret. Ita ex Trident. ſeff. 6. cap. 5. de reformas, & ex declarat. Cardinal. tradunt Eman. Sa. verbo Confirmationis. 3. Henr. lib. 3. cap. 6. n. 6. Barboſa alii relatis, 2. p. de potest. Episc. alle- gat. 10. n. 15.

9. Terrio vti debes chrismatæ eō anno consecrat, si enim veteri veteretur ablique necessitate virgine, peccaret mortaliter, sicuti colligit ex Fabiano Papa epif. 2. & ex cap. 5. que de alio de consecrat. dif. 4. & cap. quoniam de ſentent. excommunicat. in 6. Nam si in baptismi vbi ſolum chrismatis vñatio eft quidam titus ab Ecclesia preſcriptus, nequit vetus chrisma deferrere, ſed nouum apponendum eft: a fortiori in Confirmationis sacramento, vbi chrisma eft illus materia, id obſeruari debet, ut bene notaui Suar. dispu. 38. ſect. 2. in fine.

10. Quarto debet eſſe in gratia, alia peccabit mortaliter, ſi Confirmationem in mortali miniftrat, deberque intentio nem virtuale habere prædictum sacramentum conſerendi, conſtar ex diſtri. 18. de Sacram. in genere. q. 5. & tract. 19. de bapt. q. 9.

11. Quinto debet eſſe ieiunus, ut cauetur caput ieiuni, cap. ut Epif. de consecrat. dif. 5. Sed non eft præceptum ſed confiſſum, vnde contrarium ſep̄ fit, præcipue cum numerosus populus conſirmandus eft, quem Episcopus ieiunum difficulter conſirmat posſer, eaque de cauſa poſt prandium hoc sacramentum ſep̄ ministrat. Suar. difp. 37. ſect. 2. vers. quartio. Agid. q. 72. art. 12. Laym. lib. 5. tract. 3. cap. vlt.

12. Sexto obſeruare debet ceremonias ab Ecclesia preſcriptas, de quibus in punto ſequenti.

13. Advertendum maximè eft obligatum eſſe Episcopum Sacramentum Confirmationis per ſe, vel per alium Episcopum in ſua diœcesi ministrare. Vnde ſi longo tempore huic sacramenti ministracionem omittaret, non eft dubium peccatum mortaliter, quia priuat oues, quia pafcer obligatur vtilitate spirituali non leui, & opportuno, aptissimumq[ue] remedio ad fidem, gratiam, & charitatem conſeruandam. Si Tolet. lib. 5. cap. 4. Suar. dispu. 38. ſect. 2. Marcus Anton. Genuen. in manual. Pastor. cap. 5. m. 2. Barbola alleg. 30. num. 9. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 3. c. 6. in fine. Hinc fit obligatum eſſe ad loca principia ſue diœcesis gratia conſerendi chrismatis accedere. Nam ſi ſolim in Cathedra ministraret confirmationem, plures ex diœcesi ſine Confirmatione remanerent. Debet ergo ad loca ſaltem principia accedere, quod regulariter omnes confluere poſſint. Sic Barbola, 2. p. de potest. Epif. alleg. 30. num. 10. Neque laici, aut Ecclesiæ ſuores obligantur ad Epifcopi expenſas, quia ut huic obligationi Episcopus ſatisfaciat ſolutione decimarum à populo alitur. Barb. diſto. n. 10.

P V N C T V M X.

Quibus ceremoniis Sacramentum Confirmationis ministrandum eft.

1. Explicantur ceremonia antecedentes. Prima debet precedere chrisma ex oleo, & balsamo per Episcopum benedictum.
2. Secunda ad eſſe debet patrinus, & de illius condione.
3. Tertia. Orationes premittuntur.
4. Quarta. Ieiunium ex decentia tantum non ex obligatione.
5. Comitantes ceremonia. Prima eft tempus, & quod fit.
6. Secunda eft locuſ, & qui fit.
7. Tertia. Sunt vobis sacra.
8. Subsequentes ceremonia. Prima eft Confirmati frontem vita linea ligari.
9. Secunda eft ieiu maxillo percussio.
10. Tertia. Soles enumeravi cereus accensus.
11. Quarta ſunt orationes.
12. Quinta eft admonitio, ne e loco Confirmationis diſcedant confirmati vñque ad ultimam Episcopalem benedictionem.

1. **A** lijs ſunt ceremonie, & ritus confirmationem antecedentes, alia comitantes, alia subsequentes. Antecedentes ſunt, ut christina ſit ex balsamo, & oleo ab Episcopo conſecratum, cuius conſecrationis ritus late expendit, & explicit Suar. q. 72. art. 12. difp. 37. ſect. 1. per totam.

2. Secunda, ut adiſt patrinus, ſicuti in baptismino, qui conſirmandum tenet. Habetur cap. ſi quis filiaſtrum, cap. de his 30. queſt. 1. cap. ſi quis ex uno, eadem difp. queſt. 4. Nam ut optimè dixit Catechifinus Romanus: Sicut in fide per baptismum genitus indiget pedagogi, ſic militie celeſti inſcribus, & in militem ſigillatus, & armatus indiget duce, & militia magistro, cuius moniti nequifimi tela poſſit extingue-re. Patentur tamen Doctores patrium in Confirmatione non

B 2 ita

ita astringi ad roboramum Confirmationem in fide, & charitate sicuti astringitur patrini ad baptismatum edocendum, quia absque doctore notitia fidei non habetur, at firmitas in fide, charitate suscepit, non tamen ex magistri consilio, quam ex ipso sacramento, & auxiliis diuinis inde prouenientibus oritur, ideoque patrinum Confirmationis obligatum grauerit non esse ad instruendum confirmatum, testantur Henr. lib. 3. cap. 3. n. 3; Bonac. disp. 3. q. unica de Sacram. Confirmat. p. 4. in fine. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tra. 3. c. 7. Insuper patrini Confirmationis debet esse confirmatus, alias non videtur validus patrini munus subire, nec cognationem spiritualium contrahere ex texu in cap. baptismatis de consecrat. dif. 4. qui vitrum verbo non potest, quod importentiam, & incapacitatem indicat: & deinde quia in eo texu a patre Confirmationis aquae non confirmatus excluditur, ac excluditur infidelis. At hic in omnibus sententiis est exclusus, non solum quad licitum vobis, sed etiam quad validum, quia incapax est cuiuslibet Ecclesiastici impedimenti. Ergo similiter non confirmatus excludi debet. Etenim sicut cognatio carnalis esse non potest, nisi inter eos, qui ab eodem stipite secundum carnale propagationem procedunt, sic spiritualis cognatio contrahit non poterit nisi inter eos, qui ab eodem stipite nempe Christo per regenerationem spiritualium sacramentorum procedunt. Sed in non confirmato deficit processio a Christo medio sacramento Confirmationis. Ergo non poterit cum confirmato cognitionem spiritualium contrahere, quia in hac parte non procedunt ab eodem stipite. Et ita suffit Glosa in dicto cap. baptismatis. Henr. lib. 3. cap. 3. n. 3. Tolet. lib. 1. cap. 24. Sanch. pluribus relatis. lib. 7. de matri. disp. 60. n. 20. aduersus alios plures n. 19. relatos. Deinde nequit esse monachus sub graui culpa, ex cap. placuit commune. 6. qu. 1. cap. non licet. c. monachi de consecrat. dif. 4. Excuse nisi confirmandus Religiosus esset, quia eo casu optimè potest monachus esse illius patrini. Sic docuit Barbola 2. p. de potest. Episc. alleg. 30. num. 13. Præterea unus tantum patrini esse debet, iuxta c. vlt. de cognat. spiritual. in 6. Neque adhuc potest unus, & vna. Nam ictu id fuerit pro baptismo permisum a Trident. sif. 2. 4. c. 2. de reformat. inde ad Confirmationem extendi non debet, quia in hac parte Tridentinum Confirmationis mentionem non fecit, & iuriis antiqui correcțio absque graui fundamento admittenda non est. Præcipue, quia Tridentini decretum expeditum sicut ad restraining impedimentum cognitionis spiritualis, & autem ad illud extendendum, ut confat ex precepto illius c. 2. Ergo prohibito facta in cap. vlt. de cognat. spirituali, ne plures adhuc in Confirmatione patrini, sed unus tantum, correcta non est per Trident. & ita suffit Rebell. de obligat. infis. 2. p. lib. 3. qu. 6. n. 6. Barbola 1. p. de potest. Episcop. alleg. 30. n. 43. Bonac. de matri. que. 1. p. 5. §. 2. n. 31. Contra Sanch. lib. 7. de matri. disp. 57. n. 9. Reginald. lib. 31. n. 152. & alios ab eisdem relatos. Rursum prædictus patrini Confirmationis debet esse distinctus a patrino baptisimi, nisi necessitas urgeat ex cap. in catechismo de consecrat. dif. 4. & notauit Henr. lib. 3. c. 3. n. 3. Barbola 2. p. de potest. Episc. alleg. 30. n. 51. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tra. 3. c. 7. Bonac. disp. 3. de Sacram. q. unica pun. 4. in fine. Adeo una die neminem esse posse conuenienter patrimum, nisi duorum tantum, quia ita cauetur in Pontificali. At si vir probus sit, & maximè Ecclesiasticus, in quo nulla adhuc malitia præsumptio, poterit eodem die plurius esse patrini, sicut resolutum Marc. Anton. Genusen. in man. paſtor. cap. 54. m. 6. quem refert, & sequitur Barbola 1. part. de potest. Episc. alleg. 30. n. 52. 3. Tertia antecedens ceremonia sunt plures orationes religiosissime, & sanctissime, quibus Confirmandus disponitur, & Confirmationis institutio, & effectus declaratur.

4. Quarta enumeratur potest ieiunium, quod tam a suspicitionibus Confirmationem, quam a Ministrantibus ferenti debet ex cap. vi ieiuniis. ut Episcopi, de consecrat. dif. 5. Non quidem sub præcepto, sed sub consilio ob sacramenta reverentiam, scuti superius dictum est. Quare stante rationabili causa post prandium & ministriari, & suscipi Confirmationis potest, sicut iam vobis obiicitur. Suarez quaf. 72. art. 12. disp. 37. sect. 2. vers. quarto. Aegid. de Coninch. num. 114. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tra. 3. cap. vlt.

5. Ritus, & ceremonia Confirmationem conitantes sunt. Prima tempus, quod antiquitus erat sola vigilia resurrectionis, & Pentecostes, quia illis tantum temporibus extra necessitatem Confirmationis ministriabatur, quia iis tantum temporibus Baptismus ministriari poterat, cui Confirmationis necessario coniungebatur, ut cōstat ex primis decretis de consecrat. dif. 5. At hac ceremonia confitudo abrogata est. Tum quia baptismus quolibet anni tempore ministriatur. Tum quia cō-

firmatio separatis à baptismo conceditur, & notauit Suar. q. 72. art. 12. disp. 37. sect. 2. n. 1. An vero maritino tempore, vel vespertino, item an in die festo, vel feriali ministraenda sit Confirmationis? Dicendum est & maritino, & vespertino tempore, & in die festo, & feriali ministriari posse, quia sic vobis obtinuit, ut pluribus firmitate Barbola 2. part. de potest. Episcop. alleg. 30. n. 15.

6. Secunda ceremonia concomitans est locus. Hanc autem debet esse Ecclesiam sub graui culpa testantur communiter doctores, fauētque vobis, & consuetudo. Et licet in Pontificali dictum sit, ut confirmationem ministrietur ante medium altaris, vel in alio decenti loco, inde inferni non potest extra Ecclesiam ministriari posse, sed in alio loco decenti Ecclesie, quamvis non sit ante medium altaris. Nihilominus tamen probable est absque peccato Confirmationem ministriari posse in loco decenti extra Ecclesiam, scilicet in oratorio Episcopi. Sic docet Suar. disp. 37. sect. 2. n. 2. Henr. lib. 3. cap. 6. §. 7. in fine. Bonac. disp. 3. q. unica pun. 2. n. 14. Eman. Saà verbo Confirmationis. n. 2. Barbola 2. part. de potest. Episc. alleg. 30. n. 13. Neque enim credendum est confitudo confirmationi in Ecclesia cum tanto onere obligare, & reum lethali culpam. Episcopum confituisse alibi confirmantem, ut dixit Bonac. & Barbola supra. adiutare debes tempore interdicti & in loco interdicto hoc sacramentum ministriari posse solemniter, publicè, & apertis ianuis ex texu in c. quoniam de sentent. excommunicat. in 6. & tradit. Naūart. 27. n. 17. Conarr. cap. Alma. 1. p. §. 2. nn. 7. Henr. lib. 3. c. 6. n. 7. & lib. 3. c. 4. n. 1. Barbola plures referens 2. p. de potest. Episc. alleg. 31. n. 23. qui n. 25. id ipsum censet non improbabilitate affundendam de chrismatice confessione.

7. Tertia ceremonia sunt vestes sacrae, quibus Pontifices ornari debet, ut hoc sacramentum ministret. Etenim pluviales, mitra, stola, & baculo Pastorali hoc sacramentum ministrandum esse respicit facia Cardinalium congregatio apud Barbaram 2. part. de potest. Episc. alleg. 30. n. 11.

8. Cærementia Confirmationem subiectas sunt. Prima confirmatio frōtem vita linea ligari. Tum ne chisima defluat, sed exsiccatur. Tum in significationem esse scilicet conferuādam gratiam in Confirmatione suscepit. Hæc vita candiū sic retinenda est, quamdiu fuerit cuiuslibet loci cōsiderudo. Alicubi tribus diebus, alibi septem iuxta antiquum motem retinetur. Pluribus tamen locis statim post peractam confirmationem in fronte baptismatis per ministros Ecclesie frons confirmati abluitur, & vita deponitur, sicuti notauit Suar. disp. 37. sect. 2. n. 7. Aegid. de Coninch. qu. 62. art. 12. n. 15. Henr. lib. 3. c. 3. n. 1. Paul. Laymann. lib. 5. tra. 3. c. vlt. Eman. Saà verbo confirmationis. 17. Vt deponita soleat alicubi comburi, & in profundum mitti; alibi lora aspernatur, ut in similem vobis deseruit, ut referit Duran. in ratione diuin. lib. 6. c. 84. n. 4. Barb. alleg. 30. n. 25. Nunquam tamen ad profanos vobis inquit Laymann. lib. 5. tra. 3. cap. vlt. applicari debet, quia sacri chrismatis contactu quedam modo sacra fuit.

9. Secunda ceremonia est levia alapæ infusio in signum, quod confirmatus paratus esse debet ad iniurias constanter pro Christo sustinendas, & in memoriam, & recordationem suscepit sacramentum, ne illud audeat iterum fulciperare, omisio nem autem huic ceremonia sceluso scandalo non reputant mortale. Suar. disp. 37. sect. 2. n. 8. Bonac. disp. 3. de sacr. q. unica. p. 4. n. 9. Valent. 1. 4. disp. 5. q. 3. p. 3. Eman. Saà verbo Confirmationis. n. 10. Batbol. alleg. 30. n. 27.

10. Tertia ceremonia enumeratur cereus accensus in lignum quod tempore viuantem fidem conferuare debet confirmatus. Huius tamen ceremonia nec Pontificale Romanum, neque alij antiqui authores meminerunt, ut bene obseruat Suar. dicta disp. 37. sect. 2. in fine. Est tamen confitudo introducta, sed non sub graui præcepto ut testatur Eman. Saà verbo Confirmationis. n. 10.

11. Quarta sunt plures orationes, quibus confirmandus admetitur obligationis suscepit constanter pro confusuanda fide, & charitate pugnandi.

12. Quinta, admonetur confirmati, ne ante ultimam benedictionem Episcopalem loco Confirmationis decadent. Sed haec admotio omitti debet numero populo ad confirmationem confluente, quia eo casu difficillimum est obligare omnes, ut in Ecclesiis vobis ad finitam confirmationem perirent, & in sacramenta irreverentiam cederet ob strepitum ex concusso tanti populi necessario prouentur: potius enim expedit, ut alii sucedant, & locum præstant. Sic enim decentius & quietius Confirmationis sacramentum ministriabitur, & notauit Paul. Laymann. lib. 3. sum. tra. 3. cap. vlt. in fine.